

2      *Christus noster medicus*      CAP. I.

ea propter placuit similiter sumo Deo  
in perscrutabilem sapientiam per filium  
suum adhibere, ut nos sanaret, vivifi-  
caret, salvaretq;: largiendo nobis divi-  
num Christi sanguinem pro medicina

\*      & emundatione nostrorum peccato-  
rum, carnem illius vivificam pro pane  
vitae, vulnera sacro sancta pro panacea  
chirurgica, mortem denique sanctissi-  
mam pro mortis qua temporalis qua

*Tanta hominis est imbecillitas*      sempiternae destructione. Atq; hanc  
talem tantamq; medicinam, propter  
immensam virium nostrarum debili-  
tatem, naturamque coelesti pharmaco-  
stem me- repugnantem & inimicam, nos met su-  
*dicinam* mere no valemus. Quocirca o benigne  
*suis vi- ribus su-* coelestis & salutaris Medice, non est  
*mere ne-* quod me maneas, qui nunquam ad sa-  
*queat.* nitatem sic perveniam; trahe autem me

\*      ad te, imo me totum mihi eripe, & as-  
sume, si me totum sanare animum in-  
duxisti. Sin in morbo meo me relin-  
quis; illicet, actum est, perij. *Converte*  
*me ergo, o Deus, & convertar: sana me Do-*  
*mine & sanabor: salbum me fac, & salbus*  
*ero: quoniam laus mea tuis;* Jerem. 17.

*Quoad tu differs misericordiam tuam,*  
*tantis per ego cubo in morbo meo, &*  
*vivo morti obnoxius, donec tu vivifi-*

cas